72.

Landgraf Hermann I. bekennt, daß sein Ministerial Heinrich eine halbe Hufe zu Brembach dem Kloster Heusdorf verkauft habe. **[1203 Okt. 24.]**

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. S., an weißer und rother Seidenschnur, = Tafel XI, 4. Phot. H. St. A.

Gedr.: Thuringia sacra 334 (ohne Zeitbestimmung) — Reinhard, Samml. seltener Schriften Frankenlands 2,233.

Anm.: Der Abdruck bei Reinhard hat Datirung und einige Abweichungen im Texte, ist jedoch nicht frei vom Verdachte der Interpolation.

:C. In nomine sancte et individue trinitatis.: | Hermannus dei gracia Turingie[a]) lantgravius, Saxonie comes palatinus inperpetuum. | Universos Christi fideles novisse cupimus, quod Heinricus marsalcus noster et ministerialis | permissione nostra et consultu, heredibus quoque suis filiis videlicet[b]) cum matre sua[c]) in id ipsum consentientibus necnon et fratre suo Cůnemundo[d]) annuente mansum dimidium in Brantbah[e]) deo et beate Marie virgini sanctoque Godehardo in Hugistorf octo marcis et dimidia venditum in perpetuam possessionem contradidit[f]), quod factum ut in oblivionem non deveniat, cedulam inde conscriptam sigilli nostri inpressione roboravimus testibus presentibus: comite Burchardo de Lutirberc, ministerialibus Ottone de Crebizenuelt, Teoderico Nigro, fratre eius Růdolfo, Teoderico pincerna de Appolde[g]). (S.)

73.

Papst Innocenz III. schreibt den Lombarden über die Reinheit seiner Absichten in der Reichsangelegenheit, über die Gründe, weshalb er Otto den Vorzug gegeben vor Philipp, denen auch des letzteren Abgesandte, unter ihnen Markgraf Konrad (vergl. No. 36), in einer Beziehung zugestimmt haben; er meldet, daß Otto den Philipp, welcher in diesem Jahre gegen den Landgrafen von Thüringen zu Felde gezogen, aus Thüringen und Sachsen vertrieben habe u. a.

Anagni, 1203 Dez. 11.

Hdschr.: Reg. No. 6 fol. 25b—26b No. 91. Vatikan. Archiv.

Gedr.: Baluze, Ep. Innocentii III. 1,730; ed. Migne 3,1097. Potthast 2040. Böhmer-Ficker 5854.

— — Est etenim generaliter et particulariter observatum, ut ad eum examinatio persone pertineat, ad quem impositio manus spectat, quod et principes sine contradictione qualibet recognoscunt, sicut expresse per venerabilem fratrem nostrum Salzburgensem archiepiscopum et dilectum filium abbatem de Salem et nobilem virum marchionem Orientalem legatos suos recognoverunt in nostra presentia constitutos, etiam principes sepe dicto Ph[ilippo] faventes. — — Cum enim hoc anno dux Suevie supra dictus terram nobilis viri langravii Turingie fuisset ingressus et quandam civitatem ipsius cum suis fautoribus obsideret, rex ipse, nutantibus etiam quibusdam ex suis, cum duce Boemie et aliis, qui auxiliabantur eidem, in auxilium langravii properans obsidentes obsedit et faciente cum eo domino signum in bonum Ph[ilippus] de Turingia in Saxoniam ad maiorem exercitum colli-

72. *a)* Turingie *fehlt Reinhard.* *b)* videlicet Rudolph et Ottonis de Greif *Reinhard.* *c)* sua Catharine *Reinhard.* *d)* Cvnemundo de Greif *Reinhard.* *e)* Brembach *Reinhard.* *f)* tradidit *Reinhard.* *g)* nigro, fratres Rudolfo et Theodorico pincerna de Apolde: Theoderico Saxo de Apolde et alii. Acta sunt anno incarnat. dominice M CC III, kalend. IX. nov., pontif. IV, sede Siefridi archiepiscopi sancte Moguntine. *Reinhard.*